

Aduertencias para

populis Indorum, eisque Sacramentis ministrandis, sed etiam instantissime instent apud Episcopos, apud Reges, & apud Papam tenebuntur certe de leui culpa, & per consequens ad adhibendam maiorem & sollicitiorem sollicitudinem apud Indorum populos. Nec excusantur qui ex Charitate faciunt. Quia etiam qui se ad audiendas confessiones ingerit facit ex Charitate: nihilominus tenetur de leui culpa. Secundum autem quod hic adducam est ex Panor, super. cap. De multa, de Prebendis nu. 24. vbi dicit quod ille dicitur Parochus & Curatus qui astringitur ministrare Sacramenta, & alij tenentur ad eum recurrere, vt etiam dicit nota Glosse in Cle. Dudum, de Sepul, & iste est proprie Curatus, & propter hoc Fratres Mendicantes non sunt Curati, quia nec ipsi tenentur audire confessiones: nec alij ad eos recurrere. Hæc Panor. Cū ergo nos Fratres Mendicantes Indiarum teneamur Sacramenta Indis ministrare, ratione oblationis quia nos obtulimus, dum acceptauimus populos Indorum inbuendos à nobis Sacramentis, & verbo Dei, & nolumus quod Episcopi ibi alios preficiant Sacerdotes, Parochiales, & Curatos. Et Indi teneantur ad nos pro Sacramentis